

X 2054552

Z d  
1432

Wem ein Tugendsam Weib bescheret ist / Die ist viel edler de-

Σὺ Θεῷ ΝυμΦαγωγῷ

SOLENNITATI NUPTIALI

Reverendi literatāq; bumanitate conspicui Viri,

Dn. JOANNIS OPITII,

Diconi Islebiensium ad D. Annæ fidelis-  
simi, δευτερογάμος,

&

Selecta probeg morata Virginis

MARGARITÆ,

Viri itidem Reverendi juxta ac Doctissimi,

Dn. MARTINI JUNGSTANDII,

Pastoris in Erdeborn & Lüdendorff dignissimi, Primoge-  
nitæ Filiæ, ut suavissimæ, sic dilectissimæ,

Neapol-Isleby d. 30. Januarij, ipsâ Dom. 4. p. Epiph.

Bellissimorum SPONSORUM,

GAMELIA LITERARIA,

Testificandi sinceri Amoris & Applausū ergo pro more

ADORNATA

NUNCUPATAq;

1918 à P 144

Patronis, Collegis, Affinibus, Fautoribus, Amicis.

ANNO, à Jubilæo A. C. Seculari, PRIMO,

MESSIANO overò ex sequentibus constante:

post fletum rursus gaudes: post nubila probabis!

ISLEBII excudebat ELIAS Gaubisch.

πάτει τηρίσει / εκρηκτική μάντη από την θυμητή επα

Prov. 31. vers. 10. II.

Εγένετο η μάντη

λύρει και σίφης / σειν λεβανταριά

die förmlichen Verleih. \* \* \* \* \* Ihres Mannes Herre darf sich auf sie verlassen /

D. J. DAVINIS OPTII

MARGARETA

ATILLIUS  
PATAVINUS

BIBLIOTHECA  
PONICRAVIANA





**C**lericus Uxorem ne ducito, sanctio Papa est;  
 Clericus Uxorem ducito, Paule Tu a est.  
 Vox Papa Pauli contraria, dissona verbo,  
     quod facienda jubet, quod fugienda vetat.  
**G**rande Bonum cœlebs vita est, si libera ab astu,  
     Verè etenim castus qui arserit esse nequit.  
**A**ltius observat mortales Dius Ocellus,  
     nec subjecta oculis, abdit a corde videt.  
**Q**uod cum Papicolis Tibi nil commune Suitis,  
     Ordine testaris, moribus, ore, thoro.  
**P**ergito sectari Paulum, ac odisse profanos,  
     dogmata qui Papæ, non tua Paule colunt.  
**S**ic tandem Cathedrâ in mundo thalamoq; relictis,  
     cum Paulo in cœlis præmia mille feres.  
**V**otum subjicio, Deus annue, queso, secundo  
     Oppit Ieveniant optima queq; thoro.

M. Joann. Elchardt, p. t.  
 Superint. Generalis.

**V**espertina trahant si forte crepuscula threnos,  
     concumulata novum gaudia manè feret.  
**J**HOVA Philantropus, lacrymis qui semina spargunt,  
     horrea lætitia plena referre juber.  
**I**ratus si quos pater atro vulnere lædit,  
     his properat medicas applicuisse manus.  
**O**PITIUS sacer hoc verbiq; Dei q; minister  
     adscrit exemplo, verificatq; suo.

A 2

E vivis

**E**vivis quando suavissima cederet uxor,  
Heu quam fatali vulnera læsus erat!  
**T**um lacrymis miscens singultus, pectora tundens  
ruetabat: sic nos dirimis, aline D E U s?  
**T**unc & amara dies, & noctis amarior umbra,  
omnia spectanti plena doloris erant.  
**S**ed postquam satis est, viduo induluisse grabato,  
in thalamos intrat Sponsa novella novos!  
**O**mnia lucecunt subito, pulsisq; tenebris,  
purus & Orion, purus & Hædus adest.  
**E**t subito inventos abit omnis corpore languor,  
& redit in venas, qui fuit ante, vigor.  
**D**ulcis amarities nunc est, in gaudia lessus,  
mutata, in lætum, mœsta querela, chorum.  
**S**pousa vel ipsa venit, dulcis medicina dolorum,  
atq; ruinosæ fida columna domus.  
**H**ujus conjunctis operis, precibusq; Jehovam  
O P I T I U S noster vincere ritè potest.  
**O**mnia quo pleno diffundat copia cornu,  
quis ratio humanæ carnis habebit opus,  
Ut quodcunq; mali est, dirum quodcunq; timebunt,  
in pelagi rapidas transvehat Eurus aquas.  
**S**ic pater iratus quos atro vulnera lædit,  
his properat medicas applicuisse manus!  
**S**icq; Philanthropus, lacrymis qui semina spargunt,  
horrea lætitiae plena referre jubet.  
**S**ic si forte hodie dant sera crepuscula threnos,  
concumulata novum gaudia manè feret.

Μετὰ νεογάμων καιρόν των καιέων  
adjiciebat

M. JACOB Stöder / Isleb.  
P. Andr. & Consist.-Auffessor.

OPITI

**O**PIT I tristes mentis jam ponito motus,  
Et risum fibris redde repente tuis,  
Nam pia, casta, bonis & moribus aucta puella  
Legitimè lateri jungitur ecce tuo.  
Gratulor, atq; tuis precor omnia gaudia tædis,  
JHOVA sine votis pondus inesse meis.

amicitia ergo f.

M. Wernerus Denskius, Ecclesiae Petró-  
Paulina Pastor, & Consist. Assessor.

**L**Atie procul Cotyttus  
Baptæ pedem referre,  
Gamicis ab hisce sacris,  
Quæ noster ille rursus  
Opitius parare,  
Satagit, Deo volente,  
Quem Numen esse castum,  
Cui placere, scimus,  
Honestioris ignem,  
Amoris, & jugalis  
Vinci decens ligamen  
Quoq; in his, suis dicatos  
Quos novit ille sacris,  
Et Entheo labori,  
Salvantis alma Verbi  
Doctrina quem requirit,  
Mysteriorum & usus.

Episcopum maritum  
Uxor is esse Paulus  
Vult unius, superstes  
Dum scilicet juvare

Torum potest domumq;  
Sed quando, sic jubente  
Fato, relinquit usum  
Vitæ, sequi parentem  
Credentium Abrahamum  
Quidni liceret illi,  
Et alteri ligari  
Socia loco prioris,  
Ult hæc Dyas soluta  
Integra sit vicissim?  
Factum bonum profecto,  
Factum Deo probatum,  
Factum piisq; gratum  
Est, quod facis, verende  
Neonymphe, nec vel hili  
Facis pilive dictos  
Baptas, licet furores  
Disrumpat bosce bilis,  
Quamore tympanorum  
Vel folium tumescunt,  
Ult qui Vale supremum,

a 3

Pridem

Pridem sacro pudori  
Dixere decolori  
Meretriciaq; fronte;  
Et queis habere centum.  
Licet impudica scorta,  
Non conjugem pudicam.  
Unam. Sit iste cautus,  
Qui castus esse non vult,  
Velsi velit, tamen non  
Valet, velut recepit.  
Et scita si qua preter  
Hec aula habet Latina.  
In lege cœlibatus,  
Ad qua stupere solem.  
Nigroris obvolutum.  
Palla; pudica corda.  
Cera celebri Ulyssis  
Aures utrasq; stricte

Munire, fasq; jusq;  
Est. Sed quid hæc movetur  
Camarina nunc, & bujus  
Fætore, quo Mephitim  
Superat, stygemq; tædis  
His stadium creatur? 200  
Jussi hos abesse Baptas  
Latiae procul Cotyttus.  
Etrurus illud ajo:  
Benedictio Jehova,  
Cujus favore fretus,  
Facis hoc, tibi tuq;  
Sponsa pia, pudica  
Præstò sit usq; & usq;  
Sed vos, aves strigosa,  
Baptæ pedem referte  
Latiae procul Cotyttus.

M. Bartholomæus Weel/ Th.Bacc.  
Pastor ad D. Nicolai.

**F**rondenti, veluti, Philomela, sub arboris umbrâ,  
Tristia, languenti, carmina, voce canit,  
Amissos deflens fœtus, quos durus arator,  
Cum nido pariter, sustulit involucres;  
Illa sedens viridi ramo, miserabile carmen  
Integrat, & replet questibus omne nemus:  
Antè suam sociam sic deploravit acerbè  
**O**PITIUS, cepit nil nisi luctus eum;  
Manibus atq; piiis meritum persolvit honorem,  
In viduo cupiens fata subire toro.

AR



At Deus, ad miseri suspiria pectoris ima,  
 Advertens animum, talia verba refert:  
 Ecquis erit tandem lacrymarum finis, & iste  
     Nonne satis torquit tristia corda dolor?  
 Pone modum lacrymis, vates, tua damnal levabo,  
     Qua ratione pares, quæ perierte, dabo.  
**M A R G A R I N** ecce vides; conchis non illa marinis  
     Nata, sed ex costis ædificata tuis;  
 Hanc tibi confortem thalami, propriamq; dicabo,  
     Quæ tibi mœrorum dulce levamen erit;  
 Tempore te Dominum justè venerabitur omni,  
     Obsequiis blandis officiosa colens.  
 Ergo novos tototibi pectora grator amores,  
     Quod tibi cœlesti munere Sponsa venit.  
 Abstergens veteris lacrymas, cape gaudia lætus,  
     Hos animi peragas & sine nube dies.  
 Nil est, quod moneam te plurima, docte marite,  
     In vastum, portem cur ego, flumen aquas?  
 Ipse doces alios sancti mysteria verbi,  
     Non, opus hic monitis, arbitror, esse meis.  
 Unanimes animâ, precor, ut valeatis in unâ,  
     Perpetuos, largâ prosperitate, dies.

*M. Daniel Willius, ad D. Annam Isleb.  
 Pastor, & Synedrij Mansfeld. Adfessor  
 Senior, Collegialis amoris & fidei ergof.*

### Navis Conjugij.

**C**ernis, ut Eurisonis Evangelia navis in undis  
     Fluctuat? ut jamjam gurgite fracta cadit?  
 Et nisi de somno querulâ cum voce fuisset  
     Excitus Dominans, iisset ad imaratis,

*Hijus*

Hujus ad imperium tempestas desit iris,  
Et nituere fero suda quieta mari.  
**A**rrige, Sponse, oculos, tibi quid portenditur, isto  
Quando die nubis, cum rate templasonant.  
Sic enim adumbratur, qua sit genuina figura  
Conjugij, qua sit forstua, spesq; tua.  
**A**b quoties oritur tempestas conjugi vita,  
Atq; ruinosâ stant bona queq; rate!  
**A**spera quam flat sors inimicis sapius Austris!  
Quam dormit Christus, nil quasi sciret opis!  
**Q**uando fatigatur vero prece supplice Christus,  
Evigilat, culpat spemq; fidemq;, juvat.  
Ergo quid adversi tibi cum, Neonymphe, tonabit,  
Ista stet ante oculos semper imago tuos.  
Mergitur urna undis, sed non submergitur undis,  
Fluctibus in magnis adjuva Christus adest.  
Hinc reputa, quod sit communis conjugis aura,  
Mult a pati, mult am scire Potentis opem.  
Dormiat, aut vigilet, tamen in rate Christus habetur,  
Sit bona, vel mala sors, dummodo Christus adest.  
Si dormit Christus, clamorâ voce vocato,  
Surgit, & horrisorum, Sponse, quietat onus.  
Fide, licet fideires sit fulminea tantum,  
Ores, orantem te tua Sponsa juvet.  
**S**ic Christus nunquam thalami de nave recedet,  
Atq; gubernabis vos ratione suâ.

F.

M. Balchazar Coppers,  
ad D. Andreæ Archid.

V NUM

VNUM gratulor Hoc, amate Sponse,  
Cedant vota secunda sat secunda,  
Nam priora fuere sat molesta,  
Vix mensem valuit Maria; Costâ  
Decumbente, viro quid haud molestum  
Quâ mensam, officium, domum, forumq;  
Ergo cunctipotens secundet omni  
Loco vota tua hæc secunda, Fiat.

M. Jacobus Kegell, Templi Andr. Diac.

**D**ucere nūm præstet viduam, tenebram vè pueram,  
Quæ laudem castæ virginitatis habet.  
Vir reverende, tibi dum ducitur altera conjux,  
Exemplo monstras id satis, ipse, tuo.  
**N**on etenim dubitas viduæ præferre pueram  
Bellam, fortassis quod magis apta regi,  
**V**el quòd Mosaicum jus stricte exegerit illud,  
Ezechielq; itidem comprobet ipse sacer.  
**Q**uicquid sit, fato fieri tamen auguror omne,  
Fato, aliud quod non est, nisi Velle Dei,  
**Q**uem precor, ut iædis his præsit, vosq; secundet,  
Per multos annos & superesse sinat;  
**V**vite concordes pietate fideq; ligati,  
Nec turbent vestrum fata sinistrorum.

# *Adam Cæsar, Pastor in Stedten.*

**F**ilia Pastoris Pastorini nubit. O aptum  
Conjugium! bic pariles ventilat aura faces.

B

Praz.



Prædecessoris Successori datur uxor  
Nata. Videsne pari nubere sorte pares?  
Corporis ambo pares, animi quoq; dotibus. Ergo  
Quis neget hoc Fato conjugium fieri?  
Vivat par-lectum felix, quod Fata jugarunt,  
Atq; trahat pariles hoc in amore moras.  
Sit soboles, donis patriis qua & Munia obire.  
Patria, cum patro fænore, laude queat.  
Hoc uovet, agroto qui jactat membracubili,  
Et petit amiti Gratiam, opemq; D E O.

verè ἐν τῇ ὀρχηστῇ, inter maximos dolores,  
Dn. Faut. f. regatus

M. Nic. Costerus, G. M. ConR.

Ἐπος γαμικὸν τέλωλον.

Fors, Mors, Sors, jam, mox, dein, numine, falce, qua-  
Fert, aufert, affert, suavia, chara, nova. (drigā,  
Fors, Mors, Sors, Costam, thalami Sociam, Neonymphā,  
Tunc dedit, hinc rapuit, nunc Tibi, Sponse, tulit.  
Tunc latus, tunc tristis eram, nunc grator, Amice,  
Ob triplicem casum, Carmine, mente, manu.

ΣυνεπειΦημίας χάρω mittit Affin. Dn. Sponso, Affin.

M. Johannes Bernick/Correct. Mersburgens.

Πλοιάριον Εκκλησιαστικο-Γαμικόν.

INFANDIS odiis Ausonius Draco  
Funestisq; modis Christicolas licet  
Ferro, funibus, igne,  
Vel certè exilio impetat.

Ac



**A**c Proteus stygius phasmate territet  
 Hostili, satagens *Naviculam* opprimi  
**C**HRISTI fluctibus, actam  
 In Scyllam irremeabilem.  
**C**unctos præcipue Navigij istius  
 Sublatos tragicis discupit is modis,  
 Quis Connubia sacra  
 Sunt, **C**HRISTO auspice, remiges.  
**S**ed nil ad furias has Acheronticas  
 Papales trepidat *Fortior in D E O,*  
 Ridens, fulmina bruta  
 Vanis ludere machinis.  
**N**avarcho hoc animo servitium probans  
**C**HRISTO parte suâ Sponsus **O**PITIUS,  
 Contrâ audentior ire  
 Visus viribus hosticis.  
**E**t res salva quidem est, Angelico quia  
 Clavus præsidiô tutior eminet,  
 Velô Antenna subinfert:  
**I**N SIGNO HOC, age, **V**INCITO!  
**C**HRISTInempè venit nostra Salus Cruce,  
 Invictiç in eâ vincimus omnia,  
 Propugnante Leone  
 De Judæ exiguâ tribu.  
**G**ratam cuius opem nactus **O**PITIUS,  
 Uxorem sociat consimilis statuš,  
 (Firmans vota Secunda,) **B** a **Con-**  
 Pastoris sibi Filiam.

**C**onfisus D O M I N O , qui ordinis autor est  
Hujus, sumitō animō, quid Cacodæmonis  
Quid Papævè moretur  
S P O N S U S scommata vel minas ?  
**C**hristiadas & sic multiplicare vult,  
Qui mens casta, D E U S , non aliter ; gregem,  
Cernens cuncta, pusillum,  
Ceu Pupillam Oculi , afferit.  
**Q**uin servare potest, Omnia qui manu  
Gestat prævalidâ, progenitos thoro  
Sanctæ membra S I O N I S ,  
Virtute Omnipotentia.  
**I**ntermixta quibus, ceu medio nitens,  
Perjucunda basis stat Miseratio, &  
Naturâ Pelecani,  
Index maximi Amoris est,  
**H**is fundaminibus nixus O P I T I U S ,  
Spretis intrepidâ mente periculis,  
Quod vult Sanctio J O V A E ,  
Audet Numine prævio.  
**O** factum egregium, sanctum opus, excipit  
Hos ausus meritò plausus ! In Alpibus  
Vel tandem esse sciamus  
Lutheri loca posteris.  
**N**e contraria sunt his sacra Biblia.  
Quæ vitam sociam laude ferunt suâ ,  
Æternum quoq; Verbum  
Mansurum DOMINI edocent.      Quis

Quis oris etiam denique seu locis  
 Fiat; Dicta manent firma. Nec ex ill  
 Sors durissima Sponsum  
 Coeptis dimovet à Sacris.  
**Aurâ, CHRISTE, tuo Navigio fave**  
 Tranquillâ, removens nubila, turbines,  
 Ac Verbi ad Cynosuram  
 Directum usque tui fove.  
**Cujus lege, fide, lumine, numine,**  
 Divis auspiciis cum **SOCIA** parat  
 Jungi foedere lecti  
 Sponsus. Sit Nova vita ei.  
**P A R h o c, ceu thalami n a v i g i o , I N J U G O**  
 . D I V I N O requiem sentiat uberem,  
**G R A T E S T A N S i n J E S U**  
 C o n f i s u m Vigilantiâ!  
**Nec frustrâ, si quidem foedus A M A N S I N I T**  
 Cum ipsis Conjugibus tota TRIAS sacra,  
 Multâ prole parentes  
 Sponsos quæ faciat novos.  
**P r o v e n t u s & i i s suppeditet, recens**  
 Quos poscit varios hæc Statio, usque dum  
 Ad portum A M B O beati  
 Pertingant placidi Poli!  
 συμπερασματιον ἐντικὸν ad Dn. Sponsum.  
 Theologicam Vivam quam M A R G A R I N accipis, esto  
 Frugifera & dulcis lectio, Sponse, tibi!  
 Pauli Röfeleri Ludi Neopol-Isleb.p. t. Moderatoris.

**S**ponse verende, mibi quoniam natura negavit  
Cum Sponsa dignis te celebrare modis,  
Hoc vatum labor est, facilis quos afflat Apollo,  
Pocula qui Clario larga bibere lacu.  
Me cantare rudem, tenuig; in sorte locatum  
Sufficiat tredis vota iterare tuis.  
Conjugium vestrum sit felix, sitq; secundum,  
Fæcundumq; tori pignora multa ferat.

Appos:

Daniel Otto Jungstandt Sponsæ frater.



ΕὐΦημίζοντων

Aiumnorum Neopolitanorum εἰδάς.

**N**il magis acceptum Sponso contingit in orbe  
A J O V A, quām si Sponsa pudica datur.  
Optimum enim donum est Summi pia Sponsa Parentis,  
Jungitur hæc Sponso, qui pietatis amans.  
Intrat, Spouse, tuum talis thalamumq; domumq;,  
Conjugij hæc ut sint fœdera fausta, precor.

Hieronymus Wuttgardt/Kindelbrückensis Tyrigeta.

**L**igitimi thalami fautor D E U s e s t S amoris,  
Munificâ firmans vincâ marita manu.  
Christus ut ornavit Cananeos munere Sponsos,  
Sic vos ipse ambos, augeat, ornet, alat.  
Inde tuis cœptis sacris egogrator, O P I T I,  
Atq; nova bac statio fertilius esto tibi.

Martinus Thimus, Öchlcensis Saxe.

Ordinis

**O**rdinis ipse D E U S socialis Fautor & Autor  
 Conjugibus præstò sit bonitate novis,  
 Ac sine dissidiis multos det vivere in annos,  
 Amboq; perpetuus pectora firmet amor.

Daniel Greußscher / Islebiensis SAXO.

**E**x tollant alij Sponsos Sponsasq; venustas  
 Laudibus innumeris: Ast ego pauca precor.  
**J**ov ajuva: Sponsis vitam largire beatam,  
 Vita, salus, soboles, pax & abundet eis.  
**A**c tu, summe D E U S, fons rerum & dulcis origo,  
 Plura dabis votis, nil dubitabo, meis.

Adamus Cæsar, Bohemô - Schluckenaviensis,  
 Sit bonus ingressus, medium omni ex parte beatum,

**D**Es, D E U S, Opitio connubia fausta Joanni,  
 Margarin ac ejus tutuare diu.  
 Sit bonus ingressus, medium omni ex parte beatum,

Nec non egressus prosperitate fluat.  
 Concedas, oro, felicia commoda vitæ, &  
 Prole novos Sponsos concumulare velis.

Tranquillâ vitâ serves multosq; per annos,  
 O Christe, aure tuâ percipe vota mea!

Joannes Eschenbachius, Ludwigstadiensis.

**P**acta secunda thori, Sponse, aspirante J E H O V A ,  
 Omnimodè eveniant facta secundatibi!  
 His inclusa ego postremus volo cuncta, priores  
 Quæ fudere alij divite vota metu

ConIVgibv

Pma. Z. d. 1432  
R.K.

